

natura incipit esse in supposito de nouo creato deus dicitur factus homo eo quod humana natura incipit esse in supposito diuinae naturae ab eterno persistente. et ideo deus fieri simpliciter. Ad tertiam respondet negando vniuersaliter assumptum. Dicitur enim quod quod aliquid predicat de nouo de altero cum mutatio eius de qua dicitur tunc fieri est mutare. sic patet in his quae absolute dicuntur. Ea vero quae relative dicuntur patet de nouo predicari de alio absque eius mutatione. sicut homo de nouo fit deus absque eius mutatione. per motum illius quod fit ei similiter. Quia in talibus non oportet omnino quod dicitur fieri esse mutatum. quod hoc potest accidere per mutationem alterius. Et per hunc modum dicimus. Deus refugium factus est nobis. Esse autem homines predicat de nouo de deo ab eis quod eius mutatione. per mutationem humane nature. quae assumit ad diuinam personam. et ideo cum dicitur deus factus est homo. non intelligit aliam mutationem realem ex parte dei. sed solum ex parte humane nature. Ad quartam respondet quod ratio non procedit. Dicimus enim quod propositio illa verificatur ratione veriusque scilicet suppositi et nature. quibus est illud suppositum spiritus sancti. non tamen si suppositum humane nature secundum quod significat per se nomen homo.

**Circa dominicam infra octauas natiuitatis domini est euangelium**  
In illo tempore Erant Ioseph et maria mater Iesu mirantes etc. Luc. ij. Et potest disputari sequentes quatuordecim. Prima. Ut sit verum quod christus sit positus in ruinam multorum. Secundo. Ut sit beata maria ita gladio passionis mortis christi fuerit perforata ut vere martyr christi appellari possit.

**De prima questionem. qua queritur. Vtrum sit verum**  
quod christus sit positus in ruinam multorum. sic procedit. Et videtur quod non.  
Primo sic. Christus nunquam potest occasionem ruinae alicui ex alio dicto. vel facto suo. quod non fuit positus in ruinam alicuius. consequentia est bona. et assumptum patet. quod potest occasionem ruinae aliquorum esse caritatem et ita peccatum. Christus autem peccatum non fecit. nec inuenit est dolus in ore eius. Secundo sic. Christus positus est a deo propter in lucem gentium ut sit salus usque ad extremum terre. Isa. xlix. quod non est positus in ruinam alicuius. Tertio sic. Christus venit ut homines vitam habeant ut ipse dicit Job. my. quod non est positus in ruinam mortis alicuius. quod non videtur verum quod positus sit in ruinam. Quarto. Qui occasionem damni dat. damnum dicitur se videtur. sed si christus est positus in ruinam multorum ipse videtur esse causa peccati hominum. In oppositum est euangelium hic. et Isa. viij. et i. pet. ij. dicitur de christo quod erat in lapide offensio et in petra scandali. Respondeo dicendum quod euangelista dicitur verum quod christus positus est in ruinam multorum. sed diuersimode secundum duas expositiones. Ex primo modo est dupliciter ille textus. Uno modo secundum glo. quando dicitur. id est. in ruinam multorum scilicet vitiorum et in resurrectio virtutum. Plane hoc verum est. Ipse enim est cum in perona Hieremie dictum est. Hier. i. a deo pro. Ecce constitui te super gentes et regna ut euellas. scilicet vitia et plantes virtutes. Ubi inquit glo. Non est poterant edificari bona nisi destructa existant mala. nec plantari optima nisi eradicarent pessima. vnde mat. xv. Quis plantatio quae non plantantur pater mens caelestis eradicabit. Alio modo exponit respectu hominum malorum. et tunc dicitur. quod etiam dicitur euangelij est verum ad istum intellectum. scilicet quod positus est in ruinam multorum. non quod dicto aut factu suo minus recte potest occasionem ruinae alicui. sed quod ex doctrina et operibus